

v. g. ire Viennam, pingere tabulam, effodere terram &c. *I. stipulationes* 72. in princ. ff. cōd. Atq[ue] dum agitur ex deposito, commodato, contractu pignoris, nec agitur ad dandum: cū depositarius, commodatarius, & creditor pignoratitius non sint domini rerum, de quibus conveniuntur; nec etiam agitur propriè ad faciendum, sed potius ad restituendum. Ergo &c.

Putat igitur Bachovius, recitata verba dare & facere à Justiniano tantum exempli gratia sufficere posita, eaque suppleri debere ex subsequentibus verbis, & aliis quibusdam modis &c. ut sensus sit, quod Actionibus Personalibus non tantum dare vel facere intendamus, sed etiam alter & alii agendi modo utamur, & experiamur.

Sed, quid sit de ultimis hisce particulis, & aliis quibusdam modis, quas de causis, non de formulis Actionum Personalium, exaudiendas esse, permulti docent arg. *I. obligationes* 1. in pr. ff. & O. & A. non sine fundamento sustinere possunt, descriptionem Imperatoris ad quam tam esse, ac sicut sub ly facere non tantum veniunt facta simplicia, qua in nudis facti terminis consistunt, sed etiam prægnantia, quibus res aliquae traditū *I. in conventionalibus* 52. & un. d. *I. stipulationes* 72. in princ. I. ubi autem 75. §. 7. ff. de V. O. sic etiam venire possunt facta, quibus res debita redditur aut restituuntur, per expressum textum in *I. facienda* 175. ff. de V. S. Et sicut alias sub facto continentur non-facta, seu omissiones, parique Jure confertur arg. cit. I. ubi autem 75. §. 7. ff. de V. O. ita quoque sub ly facere in descriptione Imperatoria continetur ly omittere.

Potest itaque clarius & generalius describi Actio Personalis, quā sit ius persequendi, seu exigendi positionem vel omissionem illius rei vel actus, ad quam alter in comodum nostrum est obligatus. Et quia haec obligatio personam afficit, consequitur, quod Actio Personalis contra personam aliam, ac, quae nobis est obligata, vel per contractum vel quasi, vel per delictum, vel quasi-ejusve hæredes sūptate naturā non extendit *I. actiones* 25. in fine pr. ff. 1. penult. Cod. de O. & A.

Dixi sūptate naturā. Nam ex accidenti, & speciali Juris dispositione quedam Actiones Personales porrigitur adversus omnes, qui rei, super qua mediare agitur, exhibendæ vel restituendæ facultatem habent.

Talis est I. actio quod metus causā, quā, licet personalis sit, rem meū extortam non tantum ab extorquentē, sed etiam à quovis possessore repertere possumus *I. metum aut.* 12. *item* 9. §. 8. ff. *Quod metus causā &c.*

II. actio ex *I. si & me & Titium* 32. ff. de R. C. 13. est Actio Personalis, nec tamen ex præcedenti Jure Personalis vel obligatione descendit, sed magis ex aquitate naturali: si enim Mævius à me petat mutuas pecunias, & ego eundem mittam ad debitorem meum Sempronium, ut ille petiat pecunias numerat; facta numeratione, non habeo ius agendi contra Mævium ex contractu mutui: utpote cum quo mutuum, quod numeratione perficitur, ego non contraxi; sed quia æquum est, ut mea pecunia, ad alium delata, redeat ad meum patrimonium, actio in d. conceditur. Stryck cit. I. §. 44. & seqq.

III. sunt quanplurima interdicta persona-
lia, quā non fluunt ex alio jure, quām natu-
rali,

do deliquit servus, sed qui tunc est, quando iniuitur actio *I. bona fide* 11. cum seq. I. si ser-
vus 22. §. 1. ff. de Noxal. *Aff.* IV. *Actio* 125 ad exhibendum, quā is, cuius interest, rem exhiberi, agit adversus quemcunque possel-
fōrem, qui rei exhibendæ facultatem habet
I. in hac 3. §. ult. I. nam 4. I. Celsus 5. in princ. &
§. ult. ff. ad Exhibend. Vocantur alias hu-
ius generis Actiones in *Rem scripta*, non quād
mixturas habent ex Actione Reali & Per-
sonali, sed quād participant aliquid de pro-
prietate seu regulari natura Actionis Realis,
ac dirigantur in rem ipsam, cāmque à quovis
possessore repeatant.

Atque haec actio Personalis quandoque similiciter venit in Jure Actionis nomine. *pecunia* 178. §. 2. ff. de V. S. interdum vocatur *Conditio* & *appellamus* 15. *Inst. de Ab. I. adiōnum* 25. in pr. ff. de O. & A. I. §. doceas 1. *Cod. de Donat. Qua sub modo, vel conditione &c.* Licet etiā alias, si strictiori modo loquarum, per Conditionem intelligantur illæ duntaxat Actiones Personales, quā dantur non - domino contra dominum. *I. ult. ff. Usfructuaria. quemadmodum.* cav.

Porro Actio Personalis non est ita propria & connata Juri Personalis, quin etiam ex alia radice, naturali seicet aequitate, à Legibus agnita, & ad agendum singulariter elevata, prænatur. Sic enim I. actio ad exhibendum, de qua in *num. 41.* & in *num. 125.* est Actio Personalis, quā non tantum competit ob præcedens Jus Proprietatis, Reale vel Personale, sed etiam ob quocunque interesse, quoties nimur alicuius interest, rem, ab alio possessori, exhiberi, ut actor in illius notitiam devenire possit: aequitatem naturali sic distante, ut, quod alteri seu possessori non nocet. & actor prodest, efficaciter per *I. in finita* 2. §. 5. ff. de *Aqua & aqua pluv.* Stryck in *tract. de Action. forens. scđ. I. membr.* 2. §. 39. Ubi doctissime demonstrat, actionem ad exhibendum non oriiri ex delicto: licet enim sit arbitraria, ac eum, qui contumaciter rem exhibere detrectat, in gravius condemnari faciat; attamen ex hac causa non nascitur, sed causa alia, speciali nempe comodum, exhibitione rei sperandam, ad aequitatem naturā fundandam antecedat, opus est.

II. actio ex *I. si & me & Titium* 32. ff. de R. C. 13. est Actio Personalis, nec tamen ex præcedenti Jure Personalis vel obligatione descendit, sed magis ex aquitate naturali: si enim Mævius à me petat mutuas pecunias, & ego eundem mittam ad debitorem meum Sempronium, ut ille petiat pecunias numerat; facta numeratione, non habeo ius agendi contra Mævium ex contractu mutui: utpote cum quo mutuum, quod numeratione perficitur, ego non contraxi; sed quia æquum est, ut mea pecunia, ad alium delata, redeat ad meum patrimonium, actio in d. conceditur. Stryck cit. I. §. 44. & seqq.

III. sunt quanplurima interdicta persona-
lia, quā non fluunt ex alio jure, quām natu-
rali,

rali, præsternit illa, per quā vis fieri prohibetur, quando quis in re sua vel publica comodum promovere cupit, & ab altero, cui nullum imminet incommodum, impeditur; *I. quale est interdictum, ne vis fiat ei, qui in via publica ire vel agere vult I. prætor ait 1. in pr. ff. de Clousis. Stryck cit. I. §. 41.* Quam *I. 34.* quam in similibus eventibus factum alterius improbum plerumque concurrat, & saltem Jus aliquod, ex titulo primogeniti nobis juxta n. 49. competens, minuat, aut infringatur.

CAPUT II.

De Dominio in Communi.

Consideratō Jure Proprietatis in genere, subjiciuntur illius species, inter quas præcēdit *Dominium*; quod, cū amplissimè pateat, ac rursus varias sub se species complectatur, opera p̄cium est, ut prius in pr. cap. in communī discutiatur.

SECTIO 1.

De Natura & Divisione Domini.

SUMMĀRIA.

- 1. *Etymologia Domini.* 2. & seqq. *Homonymia.* 8. & seqq. *Varia definitiones.* 12. & seqq. *Illarum impugnationes.* 16. *Nostra definitio.* 17. *Est Jus seu potestas.* 18. & seqq. *Immediata de re.* 20. *Nomine proprio.* 21. *Disponendi.* 22. & seqq. *Per Actiones, Lege permisas.* 26. & seqq. *Dividit Dominum in Universale & Particulare.* 47. *In Verum & Falsum.* 48. *Naturale & Civile.* 49. *Revocabile & Irrevocabile.* 50. *Civile & Prætorium.* 51. & seqq. *Quirita-rium & Bonitarium.*

§. 1.

Etymologia Domini.

Dominium à domo denominatum, & dominum per derivationem appellatum est, qui domui præf. totique familiæ dominatur, colligunt ex I. pronuntiatio 195. §. 2. §. pater autem in V. S. & docet cum alii Harpacte ad pr. Inst. de R. D. n. 27. quia videlicet olim Dominia domū ac habitationis præprise finibus sunt conclusa.

Accipitur quandoque largius, & ipsa Jurisdicōnia Domini nomine effertur arg. I. 9. ff. de R. Rhod. de *Fatū*: quatenus nempe Dominium dicit ius gubernandi vel disponendi de re & persona, & genus est ad Dominium Jurisdictionem & Proprietatis, uti notatum in Lib. I. tract. de *Jurisdicōnia* cap. 1. n. 23. Sed, quia impræsarium agimus de Jure Proprietatis, nihil cum Dominio Jurisdictionis commune, sed omnia cum Dominio Proprietatis habeamus singulare; quod tamen itidem subinde

Qqq 3

§. II.

§. II.

Definitio Dominii.

N definiendo Dominio non minus, quam in describendo Jure Proprietatis, in varia placita Theologi pariter & Jureperiti dividuntur. Ex celebrioribus definitionibus est I quā Dominum dicunt esse facultas disponendi de re tanquam sua. Ita Lefsius de *J. & F.* lib. 2. cap. 3. dub. 1. n. 2. Reding *Theol. Scholast.* tom. 12. quaest. 1. artic. 1. controv. 1. num. 4. Mezger *Theol. Scholast.* tract. 11. Diff. 26. artic. 1. num. 8.

II. quā Dominum appellatur jus perfecte disponendi de re corporali, nisi Legi prohibetur. Ita Bartolus, quem sectantur & tenuerunt Molina de *J. & F.* tr. 2. diff. 3. n. 1. & seqq. Lugo diff. 2. Sess. 1. num. 2. & seqq. Haunold tr. 3. num. 1. & seqq. III. quā Dominum describitur esse jus seu potestas perfecte de aliquo disponendi, nisi Legi prohibetur. Ita Zoëlius ad *tit. ff. de A.R. D. num. 2.* D. Braun *cit. tr. de Dom. cap. 2.* 15. un. num. 5.

IV. quā Dominum vocatur potestas, de re nomine proprio immediate disponendi, per actiones Legi permisstas, non impeditibus licite ab aliis. Ita Clariss. DD. Glete ad *Instit. de R. D. n. 5.* & Franz *ibid. p. 2. n. 3.*

12. Contra I. definitionem opponitur ex Haunoldo *cit. l. num. 16.* quod definitur unus relativum per alterum; & tam parum explicetur natura Domini, quam parum explicetur natura paternitatis, quando dicitur, paternitatem esse facultatem disponendi de aliquo tanquam filio: sicut enim in tali paternitate definitione nescitur, quid sit filius; sic in definitione Domini nescitur, quid sit res sua.

13. In II. definitione communiter displicet, teste D. Braun *cit. l. num. 4.* particula corporali: restringitur enim Dominum ad folias res corporales; cum tamen in rebus incorporeis quoque Dominum inveniatur, velut inferius dicetur.

14. Definitioni III. adversari credit P. Krimmer de *J. & F. q. 1. art. 2. n. 23.* quod plura fiant, Jure tribuente actu valorem Juris, & effectus eius ex illo valore nascentes, quin constitut illi facultatem, citra omnem Legem prohibentem. Sic multi, ait, concedunt, Clericos habere strictum Jus, etiam superflorum ex preventibus beneficiis; & tamen, esto illa superflua expendant in usus profanos, peccare quidem, sed non contra iustitiam; quod tamen fallum esset, si carerent Domini superflorum.

15. Definitionem IV. impugnat idem Krimmer artic. 2. num. 11. ex fundantis, ab Haunoldo in tract. 2. num. 1. propositis, ac ostendere conatur, posse quem dominum esse, tametsi licet possit impediri ab alio in illo rei sua. Nam si Petrus eandem domum primitus venderit Paulo sine traditione; deinde venderit Cajo cum traditione, secunda-

venditio cum traditione est valida, siveque Ju-
re Domini facta, non obstante, quod Petrus a P. uero licet potuerit impedi in secunda venditione. Simile quid contingit in spon-
faliis, cum duabus sponsis successivē con-
tractis: nam sponsalia secunda, si consensu
de presenti accedat, valent, etiam sponsa
prima competit jus impediendi, quod mi-
nus sponsalia nova cum alia contrahantur.

His ita permisisti, meam definitionem.¹⁶ efformo, ac dico, quod Dominum sit Ius
seu potestas immediate de re nomine pro-
priō disponendi, per actiones Legi per-
missas.

Dixi I. *Jus seu potestas.* Ut ponerem ge-
17 nus Domini, simulque indigitarem, ad Do-
minum non requiri dispositionem actualē,
sed sufficere potentiale: adeoque pupili-
los & minores esse veros dominos, esto
in actu secundo per se ipsos non dispo-
nunt.

Dixi II. *immediate de re.* Ubi monstratur¹⁸ differentia Domini, quā differt ab aliis Juri-
bus in Re: nam, qui *Pignus aut Servitium*,
habet in re, non potest immediatē disponere
de illa re, sed utilitatem dunataxat, aut securi-
tatem in ea habet: qui vērō Dominum obti-
nē, potest disponere circa rem ipsam, ut sta-
tum explicabitur. *Posse* quidem acce-
dit proximus Dominio, &, si bona fide justō
que titulō sit amīcta, dat possessori disponen-
ti facultatem, quemē ferē dominus habet:
sed tamen ea dispositio non est absoluta, sicut
in Dominio, sed respectiva: nec vales diu-
nius, quā duret bona fides & titulus, quibus
deficientibus, dispositio refolvitur.

Dixi III. *nomine proprio.* Nam etiam tuto-
res, curatores, syndici, & procuratores ha-
bent facultatem disponendi de rebus, &
quandoque tam liberati & expeditati, quām
ip̄sēm personā principales, quarum tute-
lā, curatela, syndicatum, aut procura-
tūm tenent: sed, quia disponunt alienō no-
mine, Domini non sunt.

Dixi IV. *disponendi;* hoc est, id pro suo lu-
bitu agendi circa rem, quod in ea est agibile
per illius usum, abusum, conservationem, de-
structionem: quod sensu quilibet dominus rei
sue moderator & arbiter dicitur in *l. in re man-
data 21. Cod. Mandati.*

Dixi V. *per actiones Legi permisstas.* Ubi, ne²²
videantur obstat, que in num. 14. & 1. sunt
opposita, notandum est, quasdam actiones
nonnunquam à Legi prohiberi, ut, si contra
Legem ponantur, illicitē ponantur & invali-
dē; subinde vērō prohiberi, ut validē quidem
contra prohibitionem Legis ponantur, non-
tamen licet. Unde, licet quis Dominus²³
sit, non tamen actus prohibitos exercere po-
test licet vel validē: censentur enim ejus-
modi

Divisio Dominii.

495

modi actus moraliter esse impossibilis juxta
disertum textum in *l. filius 15. ff. de Condit. in-
24ff.* Quando igitur admittitur, Clericos
esse dominos bonorum superflorum, nec ta-
men ad causas profanas disponere posse; id
intelligitur de dispositione licita, non autem
de dispositione valida: utpote cum illa solū
25 prohibita, hac permitta sit. Pariter,

§. III.

Divisio Dominii.

26 **D**ivisiones Domini multæ sunt. Dividi-
tur enim I. in plenum seu perfectum, &
minus plenum seu imperfectum. Dominum
Plenum & Perfectum describitur à Clarissimis Facultatis nostra Collegis. D. Braun de
Dom. cap. 1. §. 1. n. 4. D. Gleiter ad *tit. Instr. de R. D. n. 6.* D. Franz ad *eund. tit. p. 2. n. 4.* quod sit Ius de re disponendi tam amplum & uni-
versale, ut in talre nullus alius habeat ius sta-
bilis & perpetuum. A Magnifico D. P. Pett-
schacher de *Jure in commun. q. 2. art. 1. num. 2.*
cui nobiscum accedit Clariss. P. Krimmer *cit. l. de J. & F. q. 2. art. 3.* describitur, quod sit Ius in re, extendens se ad omnem ejus usum fe-
27 positionem. Dominum minus plenum &
imperfectum à laudatis Clariss. triumviris de-
scribitur, quod sit jus disponendi de tam
restrictum, ut alius quoque jus stabile habeat,
& perpetuum. Ad mentem vērō *cit. Magnifi-
cī Authoris* describitur, quod sit Ius in re ad
omnem ejus usum seu dispositionem se non ex-
tendens.

28 29 **D**ominum minus plenum subdividitur in
directum & utile. Directum est jus disponen-
di de clava rei proprietate, seu substantia; vul-
go das Oberoder Grund-Eigenthum & vel
Grund-Gerechtigkeit. Utile est jus disponen-
di principaliter de rei utilitate; germanie-
das dunders, oper, nider, oder nugbare Eigen-
thum die erbliche Nutzbarkeit. Et quam-
vis Harprecht ad *pr. Institut. de R. D. n. 40.* &
seqq. cum plurimi, hanc subdividionem Ve-
teribus *Citis* incognitam, & nulla Legi, sine
qua loqui erubescimus, fundatum appelleret:
refellunt tamen à multis & magnis *JCitis*,
Zoëlius ad *tit. ff. de A.R. D. n. 5.* Eckoldt *ibid.*
§. 6. Struv. exercit. 11. th. 55. Braun *cit. cap. 3.*
§. 2. n. 3. & seqq. Lauterbach ad *tit. tit. ff. 3. 4.*
30 **S. rei Fend.** 2. ibi: tanquam domini &c. in-
terdum vērō Dominum illis negatur *l. agric. 1.*
§. 1. ff. Siager vētigil: *ibid.*: quāvis non offician-
tur domini &c. d. tit. 8. §. 2. Fend. 2. ibi: quā-
vis possēs per beneficium ad eum (fallum) per-
tinet, amīcta proprieas ad alium spectat; & tit. 23.
Fend. 2. ibi: proprieas rei immobiles beneficiaria-
31 penes dantem remaneat.

Ne ergo contradicitione admittamus in recitationis textibus, fa-
teamur oportet, Dominum esse duplex, di-
rectum & utile; & hoc quidem juxta textus

quod secunda venditio, traditioni conjuncta,
valeat, non attentā primā, inde est: quia se-
cunda venditio cum traditione solū illicita,
non autem invalida est. Quando autem in
individuo rescire licet, utrum dispositio sit
tantum illicita, vel etiam invalida? Traditum
reperies in *Lib. I. tract. de Jure Leg. cap. 1. &
n. 311. & cap. 2. & n. 152.*

in num. 31. in emphyteutas & vasallos transi-
re; illi vero juxta num. 32. penes dominum
directum remanere. Quod si tantum he-
34 phras, directum & utile, cuiquam displiceant,
nimis est delicatus, nec sentit, quod, cum em-
phyteutis & vasallis concedatur utilis rei vin-
dicatio per textus in *l. agric. 1. §. 1. ff. Siager
vētigil. L. tutor 16. §. 1. ff. de Pignorat. ait. d. tit. 8.*
§. rei autem Fend. 2. debet quoque concedi
Dominum utile: ed quod actio, tanquam
effectus, sive debeat cause assimilari.

Id autem plerisque placuit, ulsumfructum³⁵
ad Dominum utile perferam reduci, propter
textum convincentem in *l. utrigili 5. in pr. ff.*
Si usumfructus pet. l. recte dicimus 25. in pr. ff. de
V. S. & rationem: quia fructuum circa rem, 36
in usumfructum concessam, non competit
jus disponendi, sed tantum jus percipiendi
emolumenta rei; neque res, in qua fundatur
usumfructus, dicitur illius propria, sed aliena
pr. Instr. l. usumfructus 1. ff. de Usufr. indeque³⁷
etiam non res ipsa secundum se potest à fru-
ctuario vindicari, si possideatur à tertio, sed
tantum usumfructus, ceu servitus personalis
l. qui usumfructum 3. l. utrigili 5. §. 1. & seqq. ff.
Si usumfructus pet. l. hoc editio 1. §. ult. l. si autem 2.
ff. de Operis novi nuntiat. l. n. §. 4. ff. de Remiss.
Quin nec fructus vindicare, vel suos facere,³⁸
potest, antequā illios per se vel alium perce-
pit. l. fructus 44. ff. de R. V. l. arboribus 12.
§. ult. ff. de Usufr. l. si fructarius 13. ff. quib. mod.
usufructus amīcta. l. qui seit 25. §. 1. ff. de Usufr.
& fruct.

Evidem P. Krimmer de *J. & F. q. 3. num. 85.*³⁹
usumfructum constituit speciem imperfecti
Dominii; cui in speciem auxiliari videret
textus in *l. usumfructus 4. ff. de Usufr.* ubi dici-
tur, quod usumfructus in multis casibus pars Domini
nisi sit. Sed, omisissi aliorum responsioni,⁴⁰
būsquas adducit & refert D. Braun *cit. cap. 3.*
§. 2. & n. 11. cum eodem Rep. usumfructum
in multis casibus esse partem Domini non
formalem & propriam, sed impropriam &
similitudinariam, quatenus non paucos effectus
& proprietates Domini, præsertim quoad
emolumenta rei, participat.

II. dividitur Dominum in universale &
particulare. Universale est, quod pro objecto
habet universitatē jurium & bonorum, pu-
ta hæreditatem, bonorum possessionem &c.
Singulare est, quod pro objecto habet rem sig-
nificarem ac determinatam, v. g. domum,
agrum, vestimentum.

42. Si dicas: Dominum universale non esse speciem subalternam Domini, dum v. g. producit petitionem hereditatis, totū cœlo differenter à rei vindicatione, quam productit veritate. *Fiduciam est*, quod competit tantum ex fictione Juris, veluti contingit in Actione Publiciana & Recisoria.
43. **Dominium.** Resp. Dominium, genericē consideratum, abstrahere à petitione hereditatis & rei vindicatione; hasque actiones, & ceteros effectus dispropantes, oriiri ex Dominio, specificē acceptō, nempe petitionem hereditatis ex Dominio Universalis, & rei vindicationem ex Dominio Singulari, si pro objecto rem corporalem habeat.
44. Siurgeas: Dominum hereditatis debere vocati Jus mixtum ex Reali & Personalis, dum hereditas v. g. nihil aliud est quam collectio Jurium, quæ penes defunctum erant. Atqui penes defunctum erant Jura Realia & Personalia. Ergo &c.
45. **Resps.** distinguedō minor. ponet defunctum erant Jura Realia & Personalia, si considererent separatum seu divisiū, concedo minor. Si considererent conjunctū, nego minor. & sub ead. distinct. conseq. Verum si quidem est, quid, si Jura, penes defunctum existentia, considererent separatum, Jura Personalia inter illa reperiantur: quia, si defunctus actionem quandam ex mutuo v. g. habuerit contra Sempronium, habuit aliquod Jus Personale. Sed si Jura, quæ defunctus habuit, collectivē suntur, (quemadmodum sumuntur in hereditate, & petitione hereditatis exiguntur) non amplius attenditur illud Jus Personale quā tale, sed attenditur potius Jus Domini, vel quasi, quod defunctus habuit in suis Juribus, etiam Personalibus, atque ad hæredem transmisit. Certum enim est, quid, qui Jus Personale obtinet, simul etiam Dominum obtineat in illo Jure Personalis: utpote cum libere possit in suum commodum de tali Jure disponere.
46. **III.** dividitur Dominium in verum & fictum. *Verum* est, quod alicui competit in rei.

SECTIO II.

De Modis acquirendi Dominium.

SUMMARIA.

53. **Varii modi acquirendi à variis statuuntur.**
54. & seqq. Explicantur secundum nostra principia.
57. Describitur Venatio. 58. Est occupatio. 59. & seqq. Intellige talis, ut fera amittat libertatem. 61. & seqq. Habet pro objecto animalia fera. 63. In naturali libertate existentia. 64. Explicatur illa libertas. 65. De Jure Natura & Gentium cuiuslibet venari. 66. & seqq. Non item badiernis moribus. 68. Describitur Invensio. 69. & seqq. Est occupatio. 71. Rerum inanimatarum. 72. & seqq. Illarum varietas. 76. & seqq. Tangitur inventio Thesauri. 82. Attinctorures, pro derelicto habita. 83. Describitur Occupatio bellica. 84. Habet pro objecto personas. 85. & seqq. Non tamenes omnes. 87. Es res hostiles. 88. & seqq. A quibus siud modo excipiuntur Ro-
- na Ecclesiastica. 95. Requiritur bellum iustum. 96. & seqq. Ostenditur cum distinctione inter res mobiles & immobiles effectus occupationis bellica. 99. Describitur Accessio naturalis. 100. & seqq. Explicatur. 104. Accessiones species est Alluvio. 105. Coalitio. 106. & seqq. Insula productio. 108. Alvi derelictio. 109. Furtura animalium. 110. & seqq. Percepio fructuum. 113. Describitur Accessio Artificialis. 114. Illius species est Implantatio & Satio. 115. Item Specificatio. 116. & seqq. Cuius diversi sunt effectus. 123. Item Adjunctio. 124. & seqq. Quae etiam multiplices ponit effectus. 127. & seqq. Item Confusio. 129. & seqq. Commixtio. 131. & seqq. Indicatio. 133. Scriptura. 134. Pista.

§. I.

53. **M**odi, quibus acquiritur Dominium, in impari planē numero à Jureperitis statuuntur, ut videtur est apud D. Braun de *Dom. 54p. 2. n. 3. & seqq.* Ego, ut conformiter iis, quæ premilla sunt in cap. 1. sett. 2. §. 1. & 3. differant, referre censeo, num per acquirendi Modum intelligatur causa immediata & proxima acquisitionis, ad mentem Clariss. D. de Gllingenberg ad *tit. Infis. de R. D. q. 17.* vel causa mediata, remota, & prævia, seu titulus, conformiter traditū à Clariss. P. Friderico Ininger de *Dom. disp. 3. q. 1. art. 1.* Magnif. D. P. König ad *tit. de Cas's Posseſſ. & Propriet. 55p. 2. sub. 80.* Si primum: duos acquirendi Modos statuo, traditionem & apprehensionem. Tradito locum inventum in rebus, que alicius Dominio determinatur; Apprehensio in rebus, quæ nullius sunt. Si secundum: Modi acquirendi secundum nostra principia in cit. sett. 2. §. 1. alii sunt primi; & alii secundari. Verum juxta Imperatorem in *§. singulorum 11. Inf. d. R. D. alii sunt Naturales, qui sicut natura sunt habiles, ad transferendum Dominium; alii Civiles, qui viam conferendi Dominii referunt in acceptis Juri Civili. Ad posteriores Modos referuntur Successio hereditaria, & prescriptio; sed, ut ostendimus in propriis tractatibus, minus proprie. Ad priores Modos, quos in praesenti sedi, expendemus, revocatur.*
57. **I. Venatio.** quæ describi potest, quod sit occupatio ferorum animalium, in naturali libertate existentium.
58. Dixi. **occupatio.** Nam, ubi quis animalia tantum perlequitur, aut preparatoria soluta ponit ad illorum capturam, nequid ea per venationem acquisivisse confetur arg. §. fera igitur. 12. *Inf. de R. D. ibi: simularque ab aliquo capta fuerint & c. sed retinent naturalem libertatem, & manent nullius.*
59. Quodsi fera sit vulnerata, non eō ipso pertinet ad vulnerantem §. illud quodcumq. 13. *Inf. d. r. l. naturalem 5. §. 1. ff. ac A. R. D. nisi in communī hominum affirmatione non potuerit amplius effugere manus vulnerantis: tunc enim longā videtur apprehensio manu, sive que libertatem amittit. Lettius, Lugo, Haushold, P. König cit. h. n. 82; D. Braun de *Dom. cit. p. 2. cap. 1. §. 4. nra. 2.* Clariss. D. Franz ad *60cit. iii. Inf. p. 2. n. 18.* Similiter quando fera in laqueum aut aliud instrumentum, capta paratur, incidit, non confetur ad eum spectare, qui laqueum aut instrumentum posuit arg. l. in laqueum 55. ff. d. r. præterquam, si fera se tam fortiter intricaverit, ut in morali hominum iudicio nequeat amplius evadere arg. mox cit. l. in laqueum 55. Authores antea citati.*
61. Dixi II. ferorum animalium. Non enim omnia animalia constituant objectum Venationis, sed quæ fera sunt, id est, hominum consortia deviant, ac in silvis, campis, aut locis *P. SCHMIER JURISPR. CAN. CIV. TOM. II.*

dieris

dierum considerata, qui ampliora pro foro interno & externo fore desiderat, consulat ex nostris Illustriss. Magnif. & Clariss. DD. Augustinum Reding Theol. Scholast. de J. & f. to. 11. q. 9. art. 1. Benedictum Pettschacher de Jure in communi & specie q. 3. art. 4. Paulum Mezger

Theol. Schol. tr. 11. diff. 27. art. 1. Robertum König ad lib. 2. Decret. de Causa Possess. & Propriet. a. n. 82. Balthasarum Braun de Domin. p. 2. per tot. Bernardum Glette in Jurisprud. territ. 10. 1. p. 2. cap. 2. §. 6. Josephum Bonavent. Franz ad lib. 2. Inst. tit. de R. D. p. 2. §. 3. per tot.

S. II. De Inventione.

68. **I.** **A**D Modos acquirendi Naturales spectat Invenio, que describitur, quod sit occupatio rerum inanimatarum, que nullius sunt.

69. **I.** **O**cupatio; quā nota convenit Invenio cum Venatione; nam etiam, qui gemmam v. g. in littore maris conficit, aut apprehendere cupit, sed actu non apprehendit, dominum non acquirit: eo quod gemmae nullius arg. i. quod enim 3. in pr. ff. de A.R.D. Sicque contra Schambogen ad s. item lapilli 18. Inst. de R. D. docent Harprecht ibid. n. 4. Stryck in tract. de Jure Sen. differt. 1. cap. 3. n. 33. Clariss. D. Franz ad cit. 70. art. p. 2. §. 4. n. 30. Ex quo fundamento aliquot abhinc usq. in facti contingenti quae futuris respondi, pecunias, quarum dominus ignoratur, in communis quadam conclave repertas, a duobus famulis, ad neutrum spe classis: eo quod primus illas non apprehenderit, sed tantum viderit; alter apprehenderit quidem, atramen non habuerit animum, sibi appropriandi, vel retinendi, sed domino conclavis, cuius esse cedererit, pecunias obtulerit.

71. **I.** **V**enatio inanimatarum; quod vocabulo notatus differunt inter Venacionem & Inventionem, dum illa res animatas, nimirum animalia ferat; haec res inanimatas subiecti occupantur domino.

72. **I.** **III.** **Q**ue nullius sunt. Sunt autem res, que nunquam alicuius fuerunt, sed lapilli, margarite, corallia, in littore mari reperta; haec procul dubio de Jure Naturali & positivo cedunt inventori d. s. lapilli 18. Inst. de R. D.

73. **I.** **II.** alia sunt res, que dominum habuerunt, & habent, sed calu sunt perdita. Haec nequeunt ab inventore statim retinere, sed a domino, si sciat, restituunt debent; vel, si ne sciat, is morali diligentia est inquirendus; & si nequeat dominus indagari, res inventa potest ab inventore juxta sententiam valde communem & tutam servari, sicut cum aliis sustinet Clariss. DD. PP. Mezger & Babenfuer, quos refert & sequitur Clariss. D. Franz

74. d. n. 33. & quidem irrevocabiliter, si tempus, ad praescriptionem sufficiens, accedit, sicut in specie docuit P. Ininger de Dom. diff. 3. q. 4. art. 2. Conclus. 2. Censetur enim res non habere dominum, quando post sedulam inquisitionem domini notitia haberit non vallet. Et licet admodum sit plom, in causas pias rem inventam applicare: deficit tamen fundamentum, ex quo deducatur necessitas & obligatio, rem inventam sic appri-

merit. IV. sunt res, que a domino, cujus erant, pro drecti sunt habitac, & que animo abjecte, ut intraparimonium illius non amplius numerentur; eas proinde mox acquirit, qui certus de tali voluntate domini primo occupat. quia ratione 47. Inst. de R. D. Confer hinc scripta a nobis in Lib. I. tr. de Præscript. cap. 2. annum. 43.

§. III.

S. III. De Occupatione Bellica.

83. **III.** **A**D Modos acquirendi Naturales reducuntur, si confugere velimus ad presumptam domini voluntatem, id ipsum faciamus necesse est in inventione thesauri, quem tam, qui reperit, licet potest in usus proprios expendere, veluti mox confablit. Itaque

III. sunt aliae res, que dominum olim ha-76
buerunt, sed cuius certitudine propter temporis antiquitatem sperari nequit; cuiusmodi rebus accentetur thesaurus, quem definit Ictus in l. nusquam 31. §. 1. ff. de A.R.D. quod sit versus depositio pecunia (idem est de aliis rebus mobilibus) cuius non extat memoria, ut jam dominum non habeat. Illius dominum 77

de Jure Naturali mox acquirit inventori, prout cum cir. P. Ininger art. 3. conclus. 1. re-
cte tradidit D. Franz ad cit. in Inst. de R. D.

p. 2. §. 5. n. 36. eo quod, ubique reperitur, non sit pars fundi vel loci, in quo reconditus erat, sicut mineralia & aurifodinae, sed in nullius esse dominum reputetur; sive cedat primo acquirit. Verum de Jure positi-

vo Civili multe sunt distinctiones prodite. Refert nimurum, an thesaurus inventari in loco profano, vel sacro aut religioso. Locus profanus vel est alienus vel proprius. The-79
saurus, in loco proprio inventus, totus est in-
ventoris §. thesauri 39. Inst. de R. D. nisi fuerit inventus medis illiciatis, & magis artibus,
quo causa desertus ad fiscum l. un. Cod. de The-
sauri.

Sin loco alieno; dividitur inter 80
inventor & dominum, si eis fortuito sit inventus d. §. thesauri; si autem data opera
reperitur, pertinet ad loci dominum d. i. in-
fine media licet fuerint adhibita, sive illiciata;
quemadmodum contra Harprechtum ad cit. §. thesauri num. 5. docent P. König ad cit. de Causa Possess. & Propriet. n. 89. & alleg. D. Franz. d. 39.

Quodsi locus inventi thesauri sit & facer aut religiosus, varie, spectat Jure Ro-

mano, discurrunt Juristi; sed, cum hodie lo-
ca sacra & religiosi sint in dominio alicuius Ecclesie, Praelati, vel communis, eodem modo discurrendum, sicut, si in loco alio, ad dominum quendam pertinente, fuisse in-
ventus. Ininger cir. l. conclus. 2. Perez in cir.
l. un. Cod. de The. §. 6. D. Franz cir. l. num. 38.
Lauterbach ad cit. ff. de A.R.D. §. 42.

IV. sunt res, que a domino, cujus erant, pro drecti sunt habitac, & que animo abjecte, ut intraparimonium illius non amplius numerentur; eas proinde mox acquirit, qui certus de tali voluntate domini primo occu-

pat. quia ratione 47. Inst. de R. D. Confer hinc scripta a nobis in Lib. I. tr. de Præscript. cap. 2. annum. 43.

Dixi III. si bellum sit justum. Nam in bello 95
injusto non tantum ab Adversario nisi capi pos-
test, sed etiam damnum, quod innocens est
passus, ab injusto belligerante compensari de-
bet. Quodnam vero sit bellum justum?

Constat ex Lib. I. tr. de Jure Leg. cap. 4. n. 93.
& seqq.

Dixi IV. efficiuntur capientium. Ubi distin-96
guendum est inter immobilia, v. g. civitates, castella, provincias &c. & bona mobilia.
Immobilia efficiuntur Principis vel Reipubli-
cae, cuius auctoritate bellum geritur per l.
Divis 31. ff. de F. I. si captivis 20. §. 1. in fin.
ff. de Captiv. eo quod occupari vel conservari
nequeant sine auctoritate, actu, & subiicio
publico. Grotius cit. lib. 3. cap. 6. num. II.

Reding Theolog. Schol. de F. & f. tom. 12. q. 9.
art. 2. contr. 5. num. 1. Harprecht ad §.
item 17. de R. D. num. 4. Lauterb. ad cit. ff.
de Captiv. §. II.

Mobilia vero secundum 97
dum tres posteriores Autores citatos deve-
niunt ad milites, à quibus occupantur per-
cit. §. item ea 17. L'airialem 5. §. n. 1. transfu-
gam 5. 1. §. 1. ff. de A.R.D. at juxta Grotium
cit. l. num. 12. & Clariss. D. Franz ad cit. cir.
Inst. p. 2. §. 7. n. 48. militibus singulare non
cedunt, nisi dum capiantur extra ministrum
publicum in congregatis & excursionibus
privatis.

Id, quod cum Lauterb. 98
cit. l. intelligo de rebus, que relinquuntur ab
hostibus iam devictis, & in fugam compulsi:
utpote cum proprio vocentur præda, nec alii
ter militibus, quam ex mandato Ducis, ac-
quirant per textus in l. penult. ff. ad L. Jule
Peculator. l. quis 36. §. 1. Cod. de Donation.

Rer. 2. §. IV.

§. IV.
De Accessione Naturali.

99 IV. **A**D Modos acquirendi Naturales pertinet *Accessio*, quae vel naturalis est, vel artificialis. *Naturalis* est, quā res aliena rei nostrae, citra hominis industriam aut factum, accedit.

100 Dixi I. *res aliena rei nostra*. Nam fundamentalium Accessionis constituant duo prædia, fundi, & res similes, sic, ut fundo vel prædium nostro quidquam ex fundo vel alia re noviter acquiratur.

101 Dixi II. *citra hominis industriam, aut factum*. Adeoque sola natura in accessione naturali suam operationem exercet; ex quo videri posset, nullam hic apprehensionem, aut traditionem intercedere, sine qua tamen ex dībis in cap. I. num. 75. Dominum haud accipitur. Sed sciendum est, quod, ut cī. sum. insinuat, non requiratur immediata apprehensio vel traditio singularium partium, sed sufficiat, si una pars fuerit tradita, vel apprehensa iuxta l. possidere; §. 1. ff. de A. vel A.P. Sed etiam in accessione pars, que noviter accedit rei nostrae, tradita censetur aut apprehensa, quatenus antecedenter res nostra, cui tanquam principali accedit, a nobis apprehensa, vel nobis tradita fuit. P. Ininger de Dom. disp. 3. q. 1. art. 1. §. alluvio.

102 Dixi III. accedit. Accedit autem vel modō continuo, vel modō discreto. Modus continuo est quadruplex, Alluvio, Coalitio, 103 Aluvio productio, Alvei derelictio. *Alluvio* facit incrementum latens, dum beneficiū vicini fluminis portio terra paulatim fundo nostro sic accrescit, ut nesciatur, quantumquilibet temporis momentū reverteret §. præterea 20. *Instit. de R. D.* I. adeo quidem 7. §. 1. ff. de A.R.D. *Coalitio*, quam etiam *Accretionem* appellant, ponit incrementum patens, dum undū quasi impetu pars notabilis, ex alieno fundo ad nostrum vi & rapina fluminis translata, radices agit, & coalefecit §. quod 21. *Instit. de R. D.* I. adeo quidem 7. §. 2. ff. de A.R.D. *Insulæ*

produciunt, & dicuntur *nata*, quando vel locus aliquis in flumine siccus relinquit, vel locus aliquis eminentior in flumine consurgit; *falsa* vero dicitur, quando flumen, in duo cornua divisum, agrum aliquicunque circumfluit.

Nata in flumine (aliud est in mari, in quo cēdit primo occupanti §. *insula* 22. *J. d. t.*) debet inter possessores vicinorum prædiorum secundum proportionem spatii correspondentes dividi d. §. *insula* 22. d. l. adeo quidem 7. §. 3. Facta remanet in Dominio prioris domini d. l. adeo quidem 7. §. 4. *Alvens* pro 103 pte dereliqui censetur, quando flumen relinquit illam fossam, spatium, aut ambitum, intra quem fluere solebat; & acquiritur illis cum proportione, qui vicina possident prædia §. quod 23. *Instit. de R. D.* *Accessio*, 109 que modo discreto perficitur, est duplex, factura animalium, seu nativitas; & perceptu fructuum. *Factura animalium* efficit, ut factus, ex animali nostro progenitus, sit noster. §. item 19. *Instit. de R. D.* quia pars sequitur ventrem, cuius pars esse judicatur. *Perceptio fructuum* tribuit percipienti Dominium, non tantum si dominus sit rei fructuatis, sed etiam si bone sit fidei possessor §. si quis 35. *Instit. de R. D.* Cū autem de Jure Naturae 112 res quelibet fructificeret suo domino, utpote qui non tantum rei proprietatem sed utilitatem quoque obtinet: hinc perceptio fructuum respectu bona fidei postessoris minus propriet refertur inter modos acquirendi Naturales, sed et merum privilegium civile & communum possessionis, in cap. ult. penitius examinandum.

113 Plura de Accessione Natura- 112 li reperies apud Harpprecht, Schambogen, & alios Expositores ad §§. per decursum citatorum, ad Clariss. DD. Facultatum nostra Collegas, D. Braun in *Discursu Jurid. de Accessione Naturali*, D. Franz ad cit. tit. *Institut. §. II.* & 5. seqq. D. Ayblinger ad Someting d. r. num. 29.

§. V.
De Accessione Artificiali.

114 V. Inter Modos acquirendi Naturales humeratur *Accessio Artificialis*, quā res aliena rei nostra vel iolà industria humana, vel concursu industria humana cum natura Accessio Dominum operatur in *Implantatione & Satione*: si quid enim planteretur aut seratur in meo solo, ibique radicem figat, efficior rei plantate vel latè dominus, tametsi planta vel semen antecedenter ad alium spectaverit. §. si *Iustit. 31.* §. quā ratione 32. *J. de R. D.*

115 Ex sola industria humana Accessio Dominum diversis modis tribuit. I. est *Specificatio*, quā nova forma in materiam introducitur, ita ut in humano commercio habeatur

pro diversa specie entis, atque aliò nomine substantiva explicetur, velut si ex tabulis aut lapidibus extrahatur domus, vel ex metallo cedatur, aut confletur vas. Ubi quodammodo acquisitionem Dominii videndum est, utrum forma, noviter introducta, prævaleat materia, seu, quod idem est, utrum forma non possit ad priorem materiam reduci; num materia prævaleat forma, seu, quod in idem recidit, num forma possit ad priorem materiam reduci. Priore casu specificans sit dominus nova specie §. cūm ex aliena 25. *Instit. de R. D.* cūm prior materia per novam formam videatur extincta arg. l. mulieris 13. §. 1. ff. de V.S. Blaude, qui ex aliena lana vestimentum, ex aliena

De Accessione Artificiali.

no frumento farinam confevit, evadit dominus vestimenti & farinæ: cū neque vestimentum in lanam, neque farina in frumentum reduci possit.

Ne tamen materia domino fiat documentum, Ius ipsi succurrat, actionem concedendō; sed cum distinctione, sitne speciatione bona vel mala fide peracta. Si bona; conceditur ipsi actio infra factum contra specificationem, quā affirmationem materie repeteret valer arg. l. in rem 23. §. 4. ff. de R. V.

Si mala fide; domino materia contra dominum speciei plures actiones competunt, nempe utilis rei vindicationis, tanquam dolus deficerit possidere materiam extinctam arg. l. fin autem 27. §. 3. l. qui patitor 26. in pr. ff. d. t. actio ad exhibendum d. l. in rem 23. §. 5. condicione furtiva & actio 27. *Instit. l. si quis 52. §. 14. ff. de Furt.*

Posteriori calo materia perficit in antiquo Dominio d. §. cūm ex aliena 25. *Institut. de R. D.* non enim conseruet mortaliter extinta, sed propter suam potentiam invariata arg. l. quatuor 78. §. 4. de Legat. 3. Unde si ex alieno uero vel argento fabricatum sit vas, manet argentum & aurum penes antiquum dominum. Protestigatur per rei vindicationem repeteret materiam; sed, si speciator in bona fide confidat, potest si vindicantem exceptione dolis, vel retentione speciei tamdiu repellere, donec impensis premium opera perolvat per cit. l. in rem 23. §. 4. ff. de R. V. Secus, si speciator in mala sit fide: utpote qui suam operationem donante creditur. arg. §. ex diverso 30. in fin. *Instit. de R. D.*

123 II. est *Assumptio*, quā res nostra accedit aliena, tanquam accessorum principali, veluti si quis moneta pedem alienum, vel alienam gemmam annulo adjungat habetur tunc locum tritissima Juris Regula, quōd accessorum sequatur quodam Dominum naturam sui principialis §. *Instit. 26. Instit. d. r. l. sed si meis 26.*

124 §. 1. ff. de A.R.D. Dixi: tanquam accessorum principalis: quia, si rebus conjuncti eadem sit portio, & utraque sit æquè principialis, sua quævis domino subjecta manet l. quidquid 125. 27. §. 2. ff. de A.R.D. Ubi autem res aliena accedit nostra per modum accessori, domino priori dantur varia remedias; & quidem si quis rem alienam adjungerit rei proprie, distinguatur inter bonam & malam fidem, ac eadem contra adjungentem conceduntur remedias, que conceduntur contra specificantem.

Sin quis propriam rem adjungerit alienam, rursum distinguatur inter bonam & malam fidem, & in casu bonæ fidei, si adjungens in possessione existat, contra vindicantem habet exceptionem doli aut beneficium retentionis usque ad satisfactionem, pro impensis & materia adjuncta præfittant; vel, si possessionem amitteret, potest ad exhibendum agere, ut res adjuncta separetur, & vindicetur d. l. in rem 23. §. 4. ff. de R. V. ast in cau- 130 si materia in alieno cum bona fide, dat causam retentionis seu deductionis expensarum, quibus infra.

VII. est *Scriptura*; quā, quod inscribitur

charæ, papyro, membranæ, vel tabulis nostri, sit nostrum §. litera 3. *Institut. de R. D.* Idem de *Pictura*, quōd tabula cedat, pronuntiat in l. in rem 23. §. 3. ff. de R. V. Cui tamen in faciem resistit §. si quis 34. *Instit. d. t.* Ut adeo multum torqueantur Jureperiti, quod hunc §. cum illa l. possint componere; pluribus tamēt docentibus, d. §. exaudientur de casu, quōd pictura valde præcellens & artificialia in aliena tabula exprimitur.

Vid. Clariss. D. Franz ad d. tit.

§. 19.

cit. §. ex diverso 30. in fin. *Instit. b. t.* Confer Clariß. D. Franz ad sap. d. tit. §. 17. a. n. 108.

III. est *Confusio*, quā duorum materie li. 127 quide aut liquefactæ, ejusdem vel diverse speciei, v.g. vinum & vinum, aut oleum & acetum sic inter se uniuntur, ut arte humana & viæ ordinaria nequeant ab invicem separari; & si confusio fiat utriusque domini voluntate, vel casu fortuito, inducitur materialium communio, Dominiumque pro individuo, data cuilibet actione communis dividendo ad separationem & affirmationem, si una materia fuerit pretiosior, facienda §. si duorum 27. *Instit. de R. D.*

Si unius voluntate fit inducta confusio, sed mala fide; redditur integræ la- 128 lo domino mala §. 1. cuius 53. ff. de R. V. Si bona fide; discurretur pariformiter, ac in primo casu l. *Iacu. 12. §. 1. ff. de A.R.D.* nisi species foret ad priorem materiam reducibilis, quōd casu diffundendum, sicut in specificazione. D. Franz cit. §. n. 112.

IV. est *Commixtio*, quā materie duorum 129 lidia sic inter se conjugantur; ut aggregatum aliquod per accidentes refluet, sicut si frumentum cum frumento, gressus cum gregis commiscentur. Ubi, nisi duorum voluntate commixtio, non inducitur materialium communio, sed quilibet pro sua quantitate dominus manet, & rei vindicatione potest eandem repeteret §. quidam frumentum 28. *Instit. de R. D.* Excepta pecunia, que propter commercium 130 humanum, indequè sequentem Domini necessariam certitudinem, moraliter interire censetur, quando cum alia pecunia tantopere commiscetur, ut discerni non possit l. si alia 128. ff. de Solvitione.

V. est *Inedificatio*, quā, quod ex aliena ma-

teria in meo edificatur solo, sive à me sive ab alio, mihi, cui foli domino, cedit §. cūm in suo 29. *Instit. de R. D.* & adeo quidem, ut, licet in proprio solo ex aliena materia edificaverim cum mala fide, propter decorum publicum non detur actio ad exhibendum & separandum, quod edificio conjunctum est, fed tantum actio de tigno juncto ad duplum d. §. cūm in suo 29. l. *Lex duodecim 1. in princ. ff. de Tigno juncto.*

Interim quod edificatur ex no- 132 stra materia in alieno cum bona fide, dat causam retentionis seu deductionis expensarum,

quibus infra.

VI. est *Scriptura*; quā, quod inscribitur

charæ, papyro, membranæ, vel tabulis nostri, sit nostrum §. litera 3. *Institut. de R. D.*

Idem de *Pictura*, quōd tabula cedat, pronuntiat in l. in rem 23. §. 3. ff. de R. V. Cui tamen in faciem resistit §. si quis 34. *Instit. d. t.* Ut

adeo multum torqueantur Jureperiti, quod hunc §. cum illa l. possint componere;

pluribus tamēt docentibus, d. §. exaudientur de casu, quōd pictura valde præcellens & artificialia in aliena tabula exprimitur.

Vid. Clariss. D. Franz ad d. tit.

§. 19.